p(rae)teritum quamquam p(rae)sens dissimile superioribus habeant tremo tremui gemo gemui
fremo fremui pareo parui pono posui strepo strepui rapio rapui conpesco conpescui
necto nexui sterto stertui pecto pexui texo texui senesco senui gigno genui & si qua
ex his componuntur. ui syllaba terminantur in p(rae)terito haec solet sperno spreui sterno
straui cerno creui sero seui tero triui pasco paui quaero quesiui lino liui quiesco qui
eui cupio cupiui consuesco consueui peto petiui sapio sapiui. In n posita consonante in
p(rae)terita desinunt quae in p(rae)senti do syllaba terminantur praecedente n littera ut scan
do scandi ascendo ascendi accendo accendi descendo descendi offendo offendi
pando pandi prendo prendi mando mandi tria n in p(rae)terito amittunt fundo fu
di linquo liqui scindo scidi sic lucretius aut scidit & medius fecit sibi uictoria terras &
quae minus una syllaba p(ro)feruntur producta prima syllaba in p(rae)terito quae in p(rae)sente
corripitur. capio cepi lacio leci facio feci fugio fugi fodio fodi emo emi pauca p(rae)ter
ea eandem clausulam habent. Nouissimam litteram praesentis temporis in i conuer
sa uinco uici rumpo rupi soluo solui uolo uolui sculpo sculpsi cudo cudi in si p(rae)teritu(m)
mittunt illa uerba quae in p(rae)senti do uel mo syllaba terminantur si sit natura longa
paenultima ut ludo lusi laedo laesi cado cassi plaudo plausi trudo trusi rado rasi illudo illusi
allido allisi promo promsi sumo sampsi demo demsi resumo resumsi & praemo quamuis
correpta sit paenultima in eandem syllabam exit & quicquid ex eo componitur ut
praemo praessi exprimo expraessi conprimo conpraessi. & quae in bo uel in po sylla
ba desinuntur p(rae)teritum similiter in si syllabam mittunt ut scribo scripsi nubo nubsi
scalpo scalpsi repo repsi serpo serpsi scalpo sculpsi. praeter haec pauca sunt quae in ean
dem extremitatem finiuntur in p(rae)senti p(rae)teritum tamen in si syllabam mittunt
ut spargo sparsi tergo tersi mergo mersi mitto missi uro ussi contemno contempsi
concutio concussi gero gessi. & si qua ex his in co(m)positam figuram transeunt. In
xi syllabam in p(rae)terito desinunt uerba quae in p(rae)senti go syllaba terminantur
ut tingo tinxi pingo pinxi sugo suxi afligo aflixi fligo flixi p(er)go proxi rego rexi
diligo dilexi intellego intellexi. excipiuntur tria in si desinentia quae superius
notauimus & alia quattuor quae in nxi sed in xi syllabam mittunt p(rae)teritum tango
tetigi frango fregi lego legi ago egi. & si qua ex his componuntur simplicium
formam sequuntur his similet inpingo quod inpegi facit p(rae)teritum p(rae)ter hisque inxi

Con[illegible]ee

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.23, 1v – Phocas, Ars de nomine et verbo; Excerpts from Priscianus, Institutiones grammaticae; Marcus Casinensis, Carmen de S. Benedicto (https://fragmentarium.ms/view/page/F-azb6/5219/49761)